

De figuris lapidum, &c.

stræ lucubrationi quia non licet inse-
rere, vt cupiebam, propter festinatio-
nem typographi, prima quaq; occa-
sione aliâs, edendum, vt dignus est, cu-
rabo.

Secunda &
tertia.

Secundus & tertius, figurâ à primo
differunt: tertius quidem ea sola: quar-
tus verò substantia quoq;: quæ non a-
renosa vel terrea & friabilis ei est, sed
tenacior & osi similior. odor aut sa-
por potiùs, idem qui cornui Monoce-
rotis falsò dicto, quod diu sub terra
marcuit, gratus & subastringens. Eū
misit Ioã. Kentmanus, & alteri lapidi
inclusum fuisse, significauit, Enoستي
nomine.

Quarta.

Stelechites

Quartus à clarissimo medico Ioan-
ne Dryandro felicis memoriæ, priua-
tim Stelechitæ nomine ad memissus
est. differt autem à præcedentibus, q̃
eis durior, magisq; lapideus sit, (imò
solidus lapis, cum illi leues, molles &
friabiles, albiq; sint, primus & secun-
dus etiam caui: vt nõ modò foris, sed
intus